



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiae & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 14. Manus debent-ne exteriùs, an interiùs inungi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

224 TRACTATUS VII.

*ipsorum insegnando, Sacramenti formam prius
absolvat, quam ambo hujusmodi paria mem-
bra perunxerit. Debet autem semper incipere
unctiones per oculum dextrum, & per alia
membra dextra quando duplia sunt.*

Quæst. 13. Quid agendum est, cum ægrotus
caret aliquo ex membris in quibus unctione
fieri debet?

Resp. In hoc casu, unctione fieri debet in pa-
te corporis ei membro proximiori, eadem
verba formæ proferendo. Verbi gratia, si
ægrotus manum unam tantum habeat, unctione

*S. Tho. in 4.
sent. dist. 23.
quæst. 2. art.
3. quæst. 3.
in corp.*

fieri debet in pugno vicino. *Mutilati*, inquit
sanctus Thomas, *inungi* dībent quanto pro-
pinquiūs esse potest ad partes illas in quibus
unctione fieri debuerat: quia quamvis non ha-
beant membra, habent tamen potentias ani-
ma, qua illis membris debentur, saltem in
radice: *et interius peccare possunt per ea, qua*
ad partes illas pertinent, quamvis non exte-
rius. Verbi gratia, qui sine manibus natus
foret, velle potest furari & sic de aliis.

Quæst. 14. Manus debent-ne exteriūs, an
interiūs inungi?

Resp. Manus verò ait Rituale Romanum,
qua reliquis infirmis interiūs ungi debent,
Presbyteris exteriūs ungantur; Et ratio est,
quia scilicet in Ordinatione manus interior
Presbyteri ei suit unctiona & consecrata.

Quæst. 15. Unctio pedum, debet-ne fieri in
plantâ, aut superiūs?

Resp. Videtur quod hæc unctione fieri debeat
in plantâ pedum, quia hac præcipue parte uti-
mur ad ambulandum.

Quæst. 16. Quid agendum est, si fortè
ægrotus decedat omnibus unctionibus nondum
perfectis?

Resp. Ex eodem Rituali Romano: Si verò